

**www.e-rara.ch**

**Novum florilegium poeticum, ordine alphabetico digestum**

**Lagnier, Pierre**

**Tiguri, 1664**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13810>

N.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

- XA Ccipe parva mei lætus munuscula census;  
 Nec quæ sint, sed quâ, suspice, mente data. *Idem.*  
 MUnera des lætus: corrumpunt tædia donum:  
 In quo censendum est, quid nisi dantis amor? *Idem.*  
 MUnera ne capias: uncus latet hamus in esca:  
 Nulla carent visco munera, virus habent. *Anon.*

## N.

*Natura.*

- NAtura ingenuit rationem provida nobis:  
 Naturam ratio nos jubet ergo sequi. *Ovverius.*  
 QUod natura dedit, tollere nemo potest. *Anon.*  
 NEc species sua cuique manet, rerumque novatrix  
 Ex aliis alias reparat natura figuras. *Ovid.*  
 HIc satus ad pacem, hic castrensibus utilis armis:  
 Naturæ sequitur femina quisque suæ. *Propert.*  
 MIlle hominum species, & rerum discolor usus.  
 Velle suum quique est, nec voto vivitur uno. *Perseus.*

*Nobilitas.*

- TOta licet veteres exornent undique ceræ  
 Atria: Nobilitas sola est, atque unica virtus. *Invenio.*  
 SI pater est Adam, cunctorum mater & Eva,  
 Cur non sunt homines nobilitate pares?  
 NOn pater & mater dant nobilitatis honorem:  
 Moribus, & vitâ nobilitatur homo. *Anon.*  
 NOn homines census, nec clarum nomen avorum,  
 Sed probitas magnos, ingeniumque facit. *Ovid.*  
 VEndicat immeritò sibi nobilitatis honorem,  
 Virtutis nullo quisquis amore flagrat. *Anon.*

**N**Am quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis  
Atria: quid pleni numerofo consule facti,  
Profuerint, si vita labat? perit omnis in illo  
Gentis honos, cujus laus est in origine sola, *Ovid.*

**N**Am genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi,  
Vix ea nostra voco, ——— *Idem.*

**S**ed licet auratos tibi purpura vestiat artus,  
Sit bene compositis littera picta notis:  
Et quamvis cultu possis non vilis haberi,  
Haud tamen id satis est, nisi meliora feras.

Non ebore, & gemmis, non auro vera paratur  
Nobilitas: aliquid majus habere decet.

Nam virtutis opes tantum oramenta putantur,  
Quas fortuna sua datque rapitque manu.

Hæc igitur nequeunt generosum reddere quemquam.  
Causam in se virtus nobilitatis habet, *Claud.*

**N**obilis est solus virtute insignis & arte;  
Virtus nobilibus clarior una viris, *Anon.*

**S**is licet ingenuis clarisque parentibus ortus,  
Esse tamen vel sic bestia magna potes.

Adde decus patriæ, & claros tibi sume propinquos,  
Esse tamen vel sic bestia magna potes.

Sint tibi divitiæ, sit larga & munda supellex:  
Esse tamen vel sic bestia magna potes.

Denique quicquid eris, nisi sit prudentia tecum,  
Magna quidem, dico, bestia semper eris. *Vrceolus?*

*Notitia sui ipsius.*

**Q**uid sum? quid valeo? quo robore polleo? qua re  
Glorior, en oculos stans Deus ante tuos?

**N**il nisi vermiculus, flos languens, pulveris umbra,  
In quo nec minima est gutta, vel umbra boni.

Planè ubi cuncta jacent prima: vâ perdita labe,  
Sustenter totus nisi bonitate tua.

Nil valeo, & possum, mihi nisi tua gratia gratis  
Sit præstò, & patriam me pietate juvet.

POETICUM.

Gloria nulla mea est: tibi sit tua gloria soli,  
O omnis Jesu fons & origo boni! *Chytraeus*

*Novitas.*

✕ *E*st quoque cunctarum novitas gratissima rerum. *Ovid.*

*V*itia sunt nobis quæcunque prioribus annis  
Vidimus, & sordet, quicquid spectavimus olim. *Calphurn.*

✕ *E*ventus variis res nova semper habet. *Corn. Gall.*

*Nox.*

*I*nduitur tristem cur Nox atrata colorem?  
Luget defunctum Nox, quasi nupta diem.  
Consolarentur mœstam nisi sidera noctem,  
Opprimeret reducem nos dolor ante diem. *Ovvenus.*

*J*am color unus inest rebus, tenebrisque teguntur  
Omnia: jam vigiles contineere canes. *Ovid.*

*N*ox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent:  
Illa pudore vacat, Liber, Amorque metu. *Idem.*

*Nudus*

✕ *C*onfendi terram nudus, subiturus eandem  
Nudus; quid facio? Mors quoque nuda venit. *Luscin.*

---

O.

*Obscœna vitanda:*

*I*nficit obscœni puerorum carminis aures  
Fabula, dum vatum quæritur ipse nitor. *Ovvenus.*

*Obsequium.*

*F*lectitur obsequio curvatus ab arbore ramus:  
Franges, si vires experiare tuas.

Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis  
Flumina, si contrâ, quàm rapit, unda, nates.